


PROPVGNACVLVM ISERNIENSE,

S I V È DISCVRSVS APOLOGETICVS

*Pro Opinione Andreae de Ifern. in Constit. Regni, ut de successioneibus, & in
Constit. si quando, & in cap. 1. de natur. success. Feud. num. 8.*


Quod Fratres, siue Consanguinei, siue Vterini non descendentes è stirpe, vnde
feudum deuenit censeantur vocari virtute dictæ Constit. ad feudum anti-
quum Fratris absque liberis decedentis contra opinionem *Glos. in
dist. Constit. ut de success. pro qua nouissimè pugnat Doctis-
simus Consiliarius Dominus Franciscus de Andreijs
olim Regiæ Camerae Fiscæ Patronus meritissimus
in sua elegantissima, & subtilissima disputa-
tione in hac quæstione exarata libello
impreso Anno 1694.*

V. L. D. IOANNIS BERNARDINI
M A N E R I I
NERITONEN. IN SALENTINIS.



NEAPOLI, Typis Caroli Porpora, & Nicolai Abri. MDCCII.

SVPERIORVM PERMISSV.
Expensis Caroli Porpora, in cuius Libraria prostant.



ILLVSTRISSIMO DOMINO
D. PETRO ANTONIO
DE CHAVARRI, ET EGVIA,

*Equite Militiæ Beatæ Mariæ de Calatrava, iam in Maximo Archiepi-
scopi Toletani Collegio purpurea Toga condecorato Alumno, nunc
verò in S. R. C. Sanctæ Clavæ Catholicæ Maiestatis Re-
gio Consiliario, atque Aula Decano, utili Domino
Terræ, siue Castri de Chavarrri de la Solana*

F.



Vm ad exercitationem ingenij, quanta maiori po-
suit solertia, Iserniense hoc propugnaculum è lite-
rarum penu ad *Cleanthis* lucernam pro communi
omnium utilitate, & eorum maximè, qui in foro
versantur excerpserit *Io: Bernardinus Manerius*
Illustris. Domine. Quamquam, vt illud pro Au-
thore absente, possem in lucem mittere, patroci-
nium tuum impetrare diù mihi animus fuit, ea
ductus ratione, quia scientiarum Author, & stu-

diosorum omnium fautor es; sed an dignum quicquam, vel Authoris tan-
to labore, vel tuo desiderio effici potuerimus, tu nobis eris Iudex, & Censor,
Exim me mouet illud prudens *Pindari* monitum, oportere scilicet splen-
dido ædificio (quod in famæ publicæ Fano conspicuo erigere concupiuit
Author) splendidum addere frontispicium. Ob tuas videlicet innatas, &
eximias virtutes, in quibus excellis, omnesque superemines, verè dici potest
de te, id quod *Populus Romanus Alexandro Seuero* dixit Omnes rectè fa-
ciunt omnia, quia tu rectè imperas: Nescius sum, quo pacto sensim in
tuas laudes ingressus sum, quas omnes referre, non epistolæ, sed perpetuæ
orationis, atque historiæ potius esset opus. Vnde dem rotat astra polus; &
dum secla volabunt, semper honos, nomenque tuum, laude sique manebunt;

lic

PROPVGNA CVLVM ISERNIENSE,

S I V E

DISCVRSVS APOLOGETICVS

*Pro Opinione Andreae de Ifern. in Constit. Regni, ut de successione, & in
Constit. si quando, & in cap. 1. de natur. success. Feud. num. 8.*

Quod Fratres, siue Consanguinei, siue Vterini non descendentes è stipite, vnde
feudum deuenit censentur vocati virtute dictæ Constit. ad feudum anti-
quum Fratris absque liberis decedentis contra opinionem *Glos. in
dict. Constit. ut de success. pro qua nouissimè pugnat Doctis-
simus Consiliarius Dominus Franciscus de Andreijs
olim Regiæ Camerae Fisci Patronus meritissimus
in sua elegantissima, & subtilissima disputa-
tione in hac quæstione exarata libello
impresso Anno 1694.*

V. L. D. IOANNIS BERNARDINI
M A N E R I I
NERITONEN IN SALENTINIS.

Prælua, totiusque discursus diuisio.



Quamuis quæstio inter an-
tiquissimos nostros Re-
gnicolas; An Fratres, si-
uè Consanguinei, siue
Vterini succedant in
Feudis antiquis, siue
quaternatis simpliciter,

siue secundum quid, fratribus deceden-
tibus sine liberis, licet non obuientis à
communi stipite, fuisse valdè agitata,
1. usque ad tempus Caroli Primi Ande-
gauenfis, occasione intellectus *Constit.
Dia. Federic. II. incip. VT DE SUCCESS-
SIONIBVS, tit. de success. nobil. in feud.*
& quidem dubiam illam reddidisse cõ-
stat *Mar. de Caram. Doctiss. Glosatorem*

pro fratrum exclusione contra aliorum
Peritorum Regni sententiam, ut ipse-
met testatur *in dict. Constit. verbo ex Al-
tero tantum; tandem pro fratribus
propugnauit ille Iuris Monarcha,
Feudorum Dux, Auriga, & Regni no-
stri Euangelista Andr. de Ifern. cuius
sententiæ exceptis *Bald. Angel. Afflic.*
aliisque paucissimis, tam antiqui, quàm
Neoterici nostri Regni scriptores sub-
scripserunt in lectionibus, tractatibus, &
Consilijs, ex Germano sensu litteræ
2. constit. canonizato tempore Caroli I. per
binas sententijs; & pro fratribus certò
respondere certius existimabam, cum
nullam, vel modicam res patiat diffi-*

A cul-